Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8172
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



57

in lampothanes eorum et conuertit in sanguinem
flumina eorum et imbres eorum ne biberent
Misit in eos cynomiam et comedit eos
et ranam et disperdidit eos et dedit erugini
fructus eorum et laboreos eorum locuste
et occidit in grandine vineas eorum et
moras eorum in pruina et tradidit gra
dini iumenta eorum et possessionem eorum igni
Misit in eos iram indignationis suae indig
nationem et iram et tribulationem immissionem
per angelos malos Iam fecit semitam irae
suae et non pepercit a morte conclusit
Et percussit omne primogenitum in terra in egypto
primitias omnis laboris eorum in tabernaculis
cham Et abstulit sicut oves populum suum et per
duxit eos tamquam gregem in deserto Et de
duxit eos in spe et non timuerunt et inimi
cos eorum operuit mare Et induxit
eos in montem sanctificationis suae montem quem
adquisiuit dextera eius Et eiecit ante
faciem eorum gentes et sorte diuisit eis terram
a funiculo distributionis Et habitare fecit
in tabernaculis eorum tribus israel Et tempta
uerunt et exacerbauerunt deum excelsum et
testimonia eius non custodierunt Et auer
terunt se et non seruauerunt pactum quemad
modum patres eorum Conuersi sunt in arcum
praui in ira contentauerunt eum in collibus
suis Et in sculptilibus suis ad emulandum
eum prouocauerunt Audiuit deus et spre
uit et ad nihilum redegit valde israel
Et repulit tabernaculum silo tabernaculum
suum ubi habitauit in hominibus Et tradidit
in captiuitatem virtutem eorum et pulchritu
dinem eorum in manus inimici Et conclusit
in gladio populum suum et hereditatem suam sprauit

i ira eorum
2 iumenta eorum
in morte ipsorum